



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XX De reuerentia & deuotione orationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## LIBER SECUNDVS.

Christus missurus apostolos, prius orare curauit?

### Delaude & vtilitate orationis.

#### Caput XIX.

**Q**uam autem laudabilis & vtilis valdeq; ne-  
cessaria sit oratio, S. Ioannes Constantino-  
politanus antistes inter cætera dicit. Oratio  
ecclesiastica soluit vicula Petri. Oratio Pauli dilata-  
uit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis  
extinxit. Oratio cōclusit orationū. Oratio sedicio-  
nem cōpescuit. Oratio paradysum aperuit. Oratio  
cæli cardines reserauit. Oratio sterilem fecundauit.  
Oratio Cornelij cælos penetrauit. Oratio publica-  
num iustificauit. Oratio frequens diaboli iacula sub-  
mouet. Oratio frequens & cōtinua diabolitela exu-  
perat. Oratio frequens flamas vitior; extinguit.  
Oratio grandis est animæ munitio. Per orationes pu-  
blijissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à domino, &  
cuncta noxia proculdubio effugantur.

### Dereuerentia & deuotione orationis.

#### Caput XX.

**Q**uando autem stamus ad orationē (vt sanctissimus martyr Cyprianus ait) inuigilare & Cyp.  
incumbere ad preces toto corde debemus.  
Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec  
quicquam tūc animūs quam id solum cogitet quod  
precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatio  
ne præmissa, parat mentes fratrum, dicēdo: Sursum  
corda, vt dum respondeat plebs: Habemus ad dñm,

d ij

## HAY. DE VARIET. LIB.

admonetur nihil aliud se quam dominū cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus & solideo pateat, nec ad se hostem dei tempore oratiōis adire patiatur. Obrepit enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras à deo auocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud in mente, quando intentione sincera deum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare. Quae autē segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis, cū dominum deprecari, quasi sit aliud quod magis de beas cogitare, q̄ quod cum deo loquaris? Nam & cum quali deuotione & reuerentia sit orandum beatissimus & sanctissimus pater Benedict⁹ demōstrat dicens: Si cum hominibus potentibus vobis aliquia suggestere, non presumimus nisi cum humilitate & reuerentia, quanto magis domino deo vniuersorū cum omni humilitate & puritatis deuotione supplicandum est. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis & cōpunctione lachrymarum nos exaudiiri sciamus.

Quod ipsa est acceptabilis deo oratio,  
quæ sine odio fraterno funditur.

Caput XXI.

**C**VM stabis ad oratioem, inquit dominus, dimitte si quid habetis aduersus alterum. Hinc iterū dicit: Nisi remiseritis hominibus peccata. nec pater vester qui in cælis est remittet vobis pœna vestra. Hinc rersum ait: Date & dabitur vobis, dimit

Greg.

Mar. II.

Mat. 6.

Luc. 6.